



Vi post Ptolemæum scripsere, plurimum tribuunt datis Alchocoden, & inde uitæ periodum colligunt. Et si autem ijdem quemadmodum Ptolemæus Hylegij seu datoris uitæ progressionem obseruant, tamen eorum pleriq; sentiunt occurfus interemptricum stellarum ante datum Alchocoden letalem quidem morbum, non autem mortem decernere. Nos autem eos potius sequendos putamus, qui Ptolemæi uestigijs insistant. Cæterum quos Græci ἀνίπετασ uocant, non usq; adeo inconcinne appellarunt Abscissores, quasi Atropes (sicut est in fabulis) fungantur munere, uerum plures numerant quàm Ptolemæus. Si enim maleficæ interficiunt, consentaneum fuerit, reliqua etiam loca, quæ æquè maleficam uim habent, similiter esse aduersa uitæ, eamq; abrumpere, sed quæ loca malefica omnibus sint in promptu, ea ordine subscribemus.

<p>Saurus Mars Sol Luna Eorum Quadratus Oppositus Cor Leonis. Cor Scorpij. Caput draconis Lunæ. Cauda draconis Lunæ. Cuspis sextæ. Dominus eius. Cuspis septimæ. Dominus eius. Cuspis duodecimæ. Dominus eius. Cuspis octauæ. Dominus eius. Loca tenebrosa. Loca nebulosa. Locus eclipsis. Mercurij oppositus & quadratus impedit. Saturni } Sextilis in signis paucarum ascensionum? Martis } Saturni } Trino sin signis longarum ascensionum. Martis } Cuspis quartæ domus quando aquea & infortunata fuerit. Pars mortis. Pars Azeme. Cometa tempore natiuitatis.</p>	<p>Verum neq; ipsi, neq; eorum aspectus abscindunt quando sunt uitæ significatores.</p>
--	---

Abcissores siue interfectores sunt

Luna in gradu ascendentis, interficit, & damnat, sicut Mars, maximè si habuerit aliquam dignitatem in octaua.

Cum significatores ad prædicta loca interfectorum uenerint, fortes nec impediti per radios fortunarum, imminet periculum mortis nato. Si autem aliqua fortunarum ad prædicta loca interfectorum radium suum proiecerit, ex forti radiatione, liberabit natum à periculis. Et si talis projectio fuerit, maximè in termino fortunæ, & aliqua fortunarum aspiciat trino, sextili, quadrato, siue opposito, Iupiter uideat licet